

II n
8101

Fratrem

AVGUSTUM FRIDERICUM JANICKIUM

morientem

mœret

GEORGIUS FRIDERICUS JANICKE.

1688.



F/1309 I

Dolor

Sæpe præcludit lingvam,
Sed non æqve restringit pennam,

Ita,

Ut hâc non nunquam melius egeratur quam illâ,

Est hoc, quod scientissimus loquor,

Calamitatem calamo non ore exprimens,

O dolorem vix tolerabilem!

Mortuus est Frater,

Dimidium vitæ meæ:

Mortuus est frater,

Quasi fere alter.

Res misera.

Nuntius

Qui unius Fratris mortem ferebat,

Alterius simul in pectus eandem inferebat,

Et verè feralis erat.

Res miseranda.

Accidit quid; Frater occidit,

Quid?

Nunc ego occisissimus omnium

Mortem,

Cui Lacedæmonii templum sacrarunt,

Accuso,

Quam si adeptus ero neuiquam accusabo.

AUGU-

AUGUSTUS FRIDERIGUS JANICKIUS
Anno Servatoris M LXXXIII. Id. Oct. euge! nasci-
tur;

Idem An. Serv. M DCC IX. d. IV. Id. Aug. (*ut cum Var-
rone loquar*) eheu! denascitur;

Vir Juvenis probus, impiger, modestus,
Literarum studiosus, rei metallicæ gnarus,
Vivus nulli, moriens multis exprimens lacrimas,
Proh!

Credula spes

Fallitur auguriò suò.

Qui hætenus in vitæ curriculo decurrit pulchre,
In sepulchrum, pedem ulterius promovens, incidit,
Quò revocare gradum,

Labor erit à Christo Statore peragendus:

Qui sementem largam fecit,

Ut largiorem messem faceret,

Mortem sui ipsius messorem expertus est

Seqve non ætate non robore mentientem:

Qui proximè Academicis sacris initiatus est,

Mox intra sacrum & saxum stans,

Terrestrem an cœlestem præoptaret Academiam?

Cœlestem arripuit,

Sic tuum equidem est jubilarè

Nostrium vero ejulare

Im-

X 3047319

VDB

PK Th 8101

Inprimis

Cum Parentibus, Fratribus, Sororibus,

Longè absentibus,

Interitus Filii, Fratris, præsentissimus fuerit.

Eodem pacto

Romanis magis acerba mors videbatur,

Cum foris non domi eam propinqui oppeterent,

Quod minus illis à proximioribus ultima pietatis officia

Perfolvi possent,

Sed his animus non discrucianus.

Solatum est:

Ubivis terrarum tantundem ad coelum viæ,

Omnis tellus,

Licet non in Carico sepulchro, Porfennæ Labyrintho

Sarcophago splendido

Demortuus repositus sit,

Ad tegenda tamen istius ossa levis est,

Donec commune istud osfilegium

Die novissimo

Quicquid modo inter homines ossibus hæsit, firmiter

consolidabit.

sed dum finem meæ scriptionis,

Simul querelarum facio,

Hoc momentò commotus:

Vita dedit mortem, mors vitam.

† † †

MO.

FK 136
13

II n
8101



Fratrem
GUSTUM
ERICUM
NICKIUM

morientem
mceret
FRIDERICUS JANICKE.

1688.



Handwritten mark: I 502/H